

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Thomas Lindemann

**Programma Quo Ad fugiendam & aversandam Bacchanaliorum Turpitudinem
Academicam pubem serio & paterne admonet Rector Academiae Rostochiensis.
Thomas Lindeman I. U. D. & Professor**

Rostochi[i]: Pedanus, 1632

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734602383>

Druck Freier  Zugang



R U. Progr. 1632
1) Thomas Lindemann
2) Jacob Fulnicius
3. " "



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734602383/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734602383/phys_0002)

DFG

PROGRAMMA

Quo

Ad fugiendam & aversandam

BACCHANALIQU- RUM TURPITU- DINEM

*Academicam pubcm serio & pa-
terne admonet*

RECTOR


Academiæ Rostochiensis.

THOMAS LINDEMAN
J.U.D. & Professor.



ROSTOCHI

*Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.
ANNO M. DC. XXXII.*




RECTOR
Academiæ Rostochiensis
THOMAS LINDEMAN
J. U. D. & Professor.

EORUM figuli Gentiles, ut omnis generis facinoribus ac flagitijs religiosis velum obtendere, ijsq; tutelaria quædam Numina præficere solemne ac lictum habuerunt; ita ebrietatis ac luxuriæ præsidem constituerunt Bacchum cuius Orgijs effusos in petulantiam mores excusare, & quasi incrustare voluerunt. Hæc Diabolo obstetricante primum à Phænicibus celebrari cepta, mox ut mortalium gens prava imitari pernix est, ab Ægyptijs imitata, à quibus ad Græcos, hinc teste Livio à sacrificulo quodam in Hetruriam, indeq; Romam sunt translata; Nec hic substiterunt istæ furoris seriae, sed latius serpens vitiorum contagium Alpes quoq; transvolavit, inio, Germaniam

niām, patriām nostrām dulcissimām velutū
pestilenti quodam afflavit sydere. Dolendum
autem & largis lachrymis deplorandum, inter
Christianos, qui filij videri volunt lucis, quos-
dam reperiārī, non unum sed plures Bacchos
diversis anni temporibus colentes. Quid per
Bacchanalia, quæ esurialia primitiva esse vo-
luit Ecclesia, pleriq; hominum aliud intelli-
gunt: aut quid aliud faciunt: Barbarum in
morem omnis propemodum ætas, cibo ac potu-
se refercit, strenuè tuburcinatur, clamoribus
Bacchicis, plateas complet; insanis saltationi-
bus terram fatigat, & à se fermè exit; Quam
vero DEO talis, ut ipsi vocant lætitia placeat;
clare satis liquere puto qui tot annorum luxu-
riam & dissolutas pergræcationes, bello, ex-
torsionibus, vastationibus, at rapinis castigat.
Quin etiam adhuc tonantes ac fulminantes
bellorum nubes capitibus nostris undequaq;
imminent, quas peccatorum nostrorum con-
traxit Cæcias. Sed maxima hominum pars tam
desperatæ est malitiæ, ut ad tot DEI plágas cal-
lum obducat, & obstinatione evadat. Nos
studiosos adolescentes de Bacchanaliorum tur-
pitudine aversandâ publicitus toties admonui-
mus, ut vel hæc tabula officij sui eos debeat

com:

commonē facere: Verum surdis narravīnūs
fabulam, & deest remedio locus, ubi vitia quæ
sunt, mores fiunt. Reperiuntur non pauci
inter cives Academicos Cyclopes, thyrsigeri,
qui hoc tempore intimis lētantur sensibus,
quod gutturi suo gaudium dare; & fortis se (si
Baccho placet) cantharo bellatores p̄estare
possint. Viperinam hanc progeniem, propriam
matrem Academiam arrōdentem, aliquoties
exscindere conati sumus, sed instar Hydræ Ler-
neæ subinde repullulavit. Quanto autem re-
ctius, quantoq; laudabilius Academica pubes
faciet, si Quadragesimali tempore cum Christo
Salvatore suo bellum Sathanæ, infestisq; vi-
tiorum copijs indiceret? Si jejunijs ac preci-
bus, veluti binis lapillis de ripâ torrentis my-
sticæ collectis, infernalem Goliatum proster-
nere allaboraret? Nunc madidi fratres eo
potissimum tempore, quo Imperator eorum
acerbissimam Passionem suam inchoat, in
contumeliam cruenti hujus sacrificij DEO
patri oblati, intempestiva; turpisimaq; agunt
Bacchanalia; cum Spiritu S. authore; Sanctus,
Sanctus, Sanctus, Dominus Zebaoth, canen-
dum esset, illi Diabolicum illud: Jo! Jo! Bac-
che! declamitant, Quantus pudor! quanta

execratio est, cum à Duce vel Principe suo deficit homo! Cur itaq; bacchantes à CHRISTO tam benigno Imperatore desciscitis & turpis simi transfugæ in Diaboli castris stipendia mereatis? Non succurrit, vos jam tum cum vivifici lavacri mysterijs initabamini, conceptis verbis jurasse in Ducis hujus sententiam? Quorsum attinebat crucis characterem imprimi fronti vestræ, nisi quo ad viveretis, sub illius signo militaretis? Adeone vero leve ac nugo torium ducitis? CHRISTUM dissolutâ & impia vitâ vestrâ denuo crucifigere, vulnera ejusdem acerbè refricare? caput sanctissimum voluptatum spinis denuo cruentare? faciem quoq; spurcissimis obscenitatibus, quæ in Orgijs Bacchicis flagrant, conspuere, totamque adeo salvivificam Passionem ludum facere ac jocum? Christus sanguineum sudorem sudat, & pro peccatis nostis exquisitissimis angitur doloribus $\alpha\tau\omega\beta$; isti litant Baccho madidis mensis vinisq; rorantibus. Clemens Alexandrinus, helluones qui mentem in ventre infodiunt scite admodum asello pisci comparat, quem Aristoteles solum ex omnibus animalibus Cor in ventre habere asserit. Alij lagenas, utres, folles, amphoras appellant. Græci quoq; bibonem

Bonem ἡστὸν θύλακον vocant, Sic Bonofus potentosæ bibacitatis homo à Vopisco per jocum Lagenā pendens dicitur. Et audiant quæso de se calicum hyrudines egregium Senecæ encomium: Quæ gloria est, inquit; capere multum: cum omnes viceris virtute magnificâ & nemo tam vini capax fuerit, vinceris à Dolio.. Pythagoram scimus μεν μόνον τῶν animarum statuisse ita ut crediderit hominum animas in bruta & vicissim brutorum in homines transmigrare pro ut affinitatem & aliquam subjecti idoneitatem invenirent. Quod si nunc Pythagoras revivisceret nullus dubito quin porci animam in bacchantes nostros transmigrasse diceret: Nec vero aliud Poëtarum fabula involucra de Circæis poculis ut & Syrenarum cantu volunt aut innuunt, quam voluptatum illecebris incautos fascinari & ex hominibus in spurcas bestias transscribi. Hyænam naturalium rerum scriptores memorant, hominem lacerare affectantem, humanam, vocem mittere; ut sævitiam humanitatis imagine abdat. Haud secus infernalis ille Draco, vitiorum dulcedine hominibus blanditur, donec rictu suo immenso latissimeq; deducto eos devoret. Objicit sæpius mille artifex incautis;

Itis juvenibus medicatam venenis offam; &
voluptatum melle lethifera circumlinit pocula,
quorum pestem non persentiscunt nisi con-
finio exitij admoti. Fugito itaq; studiosa Ju-
ventus, turpissima ad schalas Gemonias, imo
Gehennam releganda Bacchanalia; Reseca li-
bidinem turpissimos helluonum mores æmu-
landi; Ulyssis ceram arripe, ne voluptatū ille-
cebris circumveniaris. Cogita exemplum filij
perditi acerbâ fama puniti, Holophernis madri
di animam evomentis. Lothi per ebrietatem
incesto polluti, & alia luxuriæ mala. Vindi-
ca ingenium ab interitu, famam ab ignominia,
corpus quod tot nequitia pervigilijs exhauris,
à præmaturo fato, animam deniq; à sulphurijs
Gehennæ undis. Illud Augustini cogitans,
Maledictus qui florem Juventutis Diabolo; fæ-
ces senectutis DEO consecrat, PP. 12. Februa-
rij Anno M. DC. XXXII.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734602383/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734602383/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734602383/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734602383/phys_0012)

DFG

Eonem ἄσκον θύλακον vocant, Sic
tentosæ bibacitatis homo à Vop
Lagena pendens dicitur. Et auc
se calicum hyrudines egregium
mum: Quæ gloria est, inquit, ca
cum omnes viceris virtute magi
tam vini capax fuerit, vinceris
thagoram scimus μενυψύχων
tuisse ita ut crediderit homin
bruta & vicissim brutorum in
migrare pro ut affinitatem &
iecti idoneitatem invenirent.
Pythagoras reviviseret null
porci animam in bacchantes n
grasse diceret: Nec vero aliud
losa involucra de Circæis poc
narum cantu volunt aut innu
ptatum illecebris incautos fas
minibus in spurcas bestias tra
nam naturalium rerum scripto
hominem lacerare affectante
vocem mittere; ut sævitiam h
gine abdat. Haud secus infer
vitorum dulcedine hominib
nec rictu suo immenso latissim
devoret.. Objicit sæpius mill




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.

the scale towards document

por-
cum
o de
nco-
rum
nemo
Py-
sta-
as in
rans-
sub-
nunc
quin
nsmi-
fabu.
Syre-
volu-
x ho-
Hyæ-
orant,
anam,
sima-
Draco,
ur, do-
sto eos
incau-
stis;